



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

LXXXVII. Die Markgräfin Agnes von Brandenburg, Woldemars Gattin,
bestätigt die Stadt Stendal, am 26. April 1318.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

sem Domino Servientium, Ita quod dicti octo Chori et modius ad ipsos a Deo percussos presentes et futuros debeant cum omni jure, precaria, servicio quocunque, cum omni libertate absque onere Gravaminis cujlibet pertinere. Renunciantes dicte proprietati ac Choris et Juri, si quod nobis vel nostris successoribus possit competere infuturo. Et ne de hoc dubium aliquod nascatur apud Posterios, presentem literam nostro sigillo cum testium subscriptorum adminiculo dari super eo jussimus, sigillatam. Testes hi sunt Conradus de Rederen, Bartholdus Schenko, Henricus de Rochow, Albertus de Klepez, nostri milites, Everardus Prepositus Stolpensis, Conradus de Borstel et Hermannus de Luchowe, nostri Cappellani, cum aliis fide dignis. Actum et Datum Wulsterhusen in nostra presencia. Anno Domini Millesimo CCCXVII. Vigilia Beati Martini Episcopi et Confessoris.

Nach Beckmann's Beschreib. a. a. D., Sp. 134. 135. mit Verbesserung offener Druckfehler.

LXXXVI. Markgraf Woldemar verzeihet auf Antrag Ebelins von Buest demselben Hospitale einige Gebungen, am 16. April 1318.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, — propter instantiam deuotam domini Ebelini de Buest, nostri militis fidelis, dedimus — proprietatem omnimodam unius chori filiginis et unius chori ordeii in mansis fritseconis, dicti de Stendal, cuius nostri de Tangermunde, hominibus infirmis a Deo percussis in domo extra ciuitatem Stendalgensem degentibus — Testes — Nobilis vir Guntherus de Keuernberg, Droysecko, Conradus de Redern, Fridericus de Aluenfleue, Slothecko, Redeko de Redern — milites. Actum et datum Tangermunde, anno Domini Millesimo Tricentesimo decimo octauo, in festo palmarum.

Wolbrück's Gesch. Nachr. v. d. F. v. Alvensleben I, 164.

LXXXVII. Die Markgräfin Agnes von Brandenburg, Woldemars Gattin, bestätigt die Stadt Stendal, am 26. April 1318.

Wie Agnes, von godes gnaden Marggreuinne zu Brandenborch, bekennen unde betügen in desseme opene brene, dat wie die truwen Lüde, Borghere to Stendal, de nu sint unde noch werden moghen, scolin laten by alle der Vryheit unde by alle deme Rechte, als unses lieuen Heren des Edelin Furlin Marggreuin Woldemars unde siner Elderen brieue spreken. Des hebbe wi tu einer betuginghe darouer dessen brief gegeuin, besegelt mit vnseme Insegele. Desser Dinge sint tughe de edele Man Greue Günther van Keuernberg, Her Conrad von Redere, Her Droyseko, Her Slothecko, Her Brosecco, vnse Schenke, Her Hinrik van

Schenkendorp, Her Gerke van Kercow, vnse Cammermeister, die Riddere, Her Heinrich, de Decan was tu Stendal, Her Segher, Prouist darfulueft, Her Thidemannus, Prouist tu Grandzoy, Her Euert, Prouest tu Stolpe, Her Cristianus, Perrer tu Morin, Meister Jan van Haluerftad, vnse Arzte, unde Hermanus van Lüchow unde andere gute Lude, den man wol louen mach. Dit ding is gesehen und desse brief is gegewen tu Tangermunde, na der Bord vnser Herren godis dufint Jar, drihundert Jar, in deme achteinden Jare, des Mydwekens in den Paschen.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 46.

LXXXVIII. Privilegium des Bischofs Albrecht von Halberstadt für die Augustiner Eremiten in seiner Diöcese, namentlich auch in Stendal, in der Wische und auf der Heide in der Altmark, vom 9. Juni 1318.

Albertus, Dei gracia Halberstadiensis ecclesie Episcopus, religiosis viris Prioribus ceterisque fratribus heremitarum ordinis sancti Augustini nostre dyoceleos presentibus et futuris salutem in Domino. Universalis ecclesiastice vinee Dominus Jhesus Christus in vinea sancte sue ecclesie cultores veros sua sapientia infinita vos ordinavit, qui pompis seculi abrenunciantes spectaculum mundo facti estis, ejus vineam colentes jugi famulatu. Ea propter dilectissimi ex pastoralis officii sollicitudine, cujus dignitatem licet univrsi (immeriti?) gerimus, vos specialiter amplectimur brachiis eterne karitatis, Annuentes piis vestris desideriis et petitionibus nuper nobis porrectis, omnes gratias sedis apostolice, libertates, privilegia ac omnia, que sub bulla vera et inconvulsa demonstrare potestis, indulgencias quoque predictae sedis ac alias, quas a dominis Archiepiscopis et Episcopis vos habere certis et veris instrumentis ostendere poteritis, gracionem insuper predicacionis et confessionis, qua suffulti estis copiosius secundum formam privilegiorum Domini Bonifacii Pape octavi sic dicentis: Tibi filii etc. Prior generalis per te etc. vobis vero provinciales priores in provincialibus vestris capitulis cum diffinitoribus ipsorum capitulorum fratribus ejusdem vestri ordinis sacerdotibus in sacra pagina eruditis examinatis et approbatis, a vobis predicacionis et tam ipsis quam aliis fratribus dicti ordinis ad id ydoneis audiendi confessiones, absolvendi confitentes, injungendi eis penitencias salutare, officia auctoritate apostolica committendi eidem quoque fratribus, quibus dicta officia per vos taliter commissa fuerint, quod illa libere valeant exercere, plenam tenore presentium damus et concedimus facultatem; districtius inhibentes, ne quis fratres ipsius ordinis, quibus dicta officia taliter committenda duxeritis, in executione officiorum ipsorum audeat quomodolibet impedire, presentibus confirmamus. Et quia ad exequendum hujusmodi officia nobis personas per diffinitores vestrorum capitulorum provincialium presentatis examinatas et approbatas certum numerum singulis conventibus deputantes, Nos ipsos fratres per totam nostram dyocesin benigno et gracionoso favore admittimus in nostri oneris sublevamen acceptantes pro conventu Halmestadiensi quatuordecim sacerdotes ad predicandum et confessiones audiendum, pro conventu Porteceli duodecim, pro conventu Quidelingenburgenli totidem, et totidem pro conventu in Sangerhufin, tres vero terminarios cum suis lociis de conventu Magdeburgenli in suis terminis